

Pono igitur pro linea B C, 120, tunc ponetur pro C D, $\sqrt{388864} - 120$. Multiplico igitur 120 in $\sqrt{388864} - 120$, facit $\sqrt{388864} \cdot 120 - 14400$, quæ est quantitas quadrati A C mediæ proportionalis inter B C & C D. Quadratum autem lineæ A B (id est, $\sqrt{38216} + \sqrt{3872}$) minus quadrato lineæ B C (quod facit 14400) facit quadratum lineæ A C, per penultimam primi Euclidis. Ergo æquatio erit inter $\sqrt{38216} + \sqrt{3872} - 14400$, & hunc numerum cõfficum $\sqrt{388864} \cdot 120 - 14400$. Tollit autem 14400 alterum 14400. Et sic manet æquatio inter $\sqrt{388864} \cdot 120$, & hunc numerum $\sqrt{38216} + \sqrt{3872}$: quem, iuxta regulam, diuido per numerum radicum (neq; enim $\sqrt{388864} \cdot 120$ aliud est quàm numerus radicum, ut scire potes ex ijs quæ dixi circa exemplum quartum capitis huius) & dum diuido $\sqrt{38216}$ per $\sqrt{388864}$, tunc prius reduco $\sqrt{38216}$ (ut nosti ex Algorithmo) ut etiam fiet sub hoc signo, $\sqrt{388}$. Scilicet $\sqrt{38846656} + \sqrt{3885184}$ diuido per $\sqrt{388864}$, tunc resoluitur 120, quæ facit $\sqrt{38854} + \sqrt{3886}$. Ergo linea C D, facit $\sqrt{38854} - \sqrt{3886}$. Multiplicata autem B C in C D, producit quadratum lineæ A C. Vnde linea A C faciet $\sqrt{38824}$.

Exemplum capitis huius decimum.

Signato pentagono (ut in exẽplo capitis huius octauo signatus est) quæritur quantum faciat lineola E D.

Vides autem in figura supraposita folio 286, ut C D (cui æqualis est A E) signata sit 120: & A B (cui æqualis est A D) signata sit numero hoc 100. Est autem A D diuisa in puncto E, secundum proportionem habentem medium & duo extrema. Igitur A E (faciens 120) est medium proportionale inter A D, (facientem 100) & E D, facientem $100 - 120$. Aequabitur ergo 120 huic numero cõffico, $10000 - 10020$. Facit 120, ut superius, id est, $\sqrt{3812500} - 50$, quam uidisti superius facere C D seu A E.

Eam igitur subtrahe de A B seu de A D, tunc remanet

$$150 - \sqrt{3812500}$$

Et hæc est quantitas lineæ E D, seu E C.

Sequitur